



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio X. De modo quo voluntas mouetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

voluntate. consideratur. n. multipliciter. Sed quantum ad propo-
tum litera infirmat dupliciter. s. ut res, & ut causa. Est. n. & in gene-
re rei res talis, puta, apta nata velle: & in genere causae causa ta-
lis, puta, libera. Cum aut voluntas distinguitur contra naturam,
non distinguitur, vt res talis contra talem rem, sed vt causa talis
contra causam talem.

Est. n. res talis, sapia
nata velle, natura q-
dam habens sibi co-
naturalia, sicut &
caetera naturae: sed
talis causa, scilicet li-
bera vt sic, non est
talis causa, qualis est
natura. Hec enim est
causa, quia est ac per
hoc est causa deter-
minata ad vnum. Illa
vero causa, quae vult:
ac per hoc est causa
libera ad vtrilibet.
Vnde distinguuntur
voluntas & natura in
ratione causae, secun-
du proprias causan-
di differentias. Pro-
pter quod & in se-
cundo Physic. & in
9. Metaphysic. non nisi
in ordine eorum, vel
principiorum distin-
guuntur. Et si in his
perpexeris, quod ratio
causae in natura spe-
ciat ad eam inquan-
tum res est, videbis
pariter, quod voluntas
vtriusque causae ra-
tionem habet. Nam
quatenus res talis est
per modum naturae,
causalitatem habet:
quicquid enim cau-
sat aliquid, quia talis
res est, naturaliter
causat illud. Quate-
nus vero electiva est
per modum proprii,
id est, libere, a propo-
sito ad vtrilibet &c.
causalitatem habet,
& non naturaliter.
quicquid enim cau-
sat quia vult, liberè
causat. Et si ulterius
perpexeris, quod natu-
ra, vt in litera dicit,
est causa essentialiter
prior causa voluntaria,
quia esse in vtroque
est prius quam
operari, &c. videbis
quoque, quod voluntas
non solum natura quae-
dam est, sed prius ha-
bet naturae rationem
& causalitatem, quam
propriam. Et si po-
stremo penetraveris,
quod in causis essentialiter
ordinatis, coniunctis in unam rem, id quod
est prioris causae proprium, participatur posteriori, ut supremum
infimum attingat infimum supremi: videbis, quod voluntatis prima
opera oportet esse naturalia, & prius ipsam velle aliquid natu-
raliter, quam libere. Et hanc subtilitatem si perpiciens scētans
fueris, habebis claram solutionem Scoticae argumentationis in
materia de processione Spiritus sancti, & de naturalitate volun-
tatis: quae omnia in prima parte tractata sunt. Distinxit enim vo-
luntatem contra naturam, non solum in genere causae, sed in ge-
nere rei. Et ideo inuitit omnimodam disparationem, cum tamen
sint causae essentialiter subordinatae, ut hic, & in q. praecedente,
artic. 4. de eorum actibus patet. Voluntas enim non solum prius
habet naturae rationem, ut in litera dicitur, quam causalitatis pro-
priae: sed velle naturale oportet esse principium volendi libere.

In responsione ad secundum, diligentissime notato doctrinam

litera nota. Similiter etiam princi-
pium motuum voluntariorum
oportet esse aliquid naturaliter vo-
litum. Hoc autem est bonum in
communi, in quod voluntas natu-
raliter tendit: sicut etiam quaelibet
potentia in suum obiectum, & etiam
ipse finis vltimus, qui hoc modo
se habet in appetibilibus, sicut pri-
ma principia demonstrationum in
intelligibilibus: & vniuersaliter
omnia illa quae conueniunt volē-
ti in suam naturam. Non enim per
voluntatem appetimus solum ea,
quae pertinent ad potentiam volun-
tatis: sed etiam ea, quae pertinent
ad singulas potentias, & ad totum
hominem. Vnde naturaliter ho-
mo vult non solum obiectum vo-
luntatis, sed etiam alia quae conueniunt
alijs potentijs, vt cognitione veri,
quae conuenit intellectui: & esse, &
viuere, & huiusmodi alia, quae respicit
consistentiam naturalem: quae omnia cō-
prehenduntur sub obiecto volūta-
tis, sicut quaedam particularia bona.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod
voluntas diuiditur contra naturam,
sicut vna causa contra aliam: quae-
dam enim fiunt naturaliter, & quae-
dam fiunt voluntarie. Est autem
alius modus causandi proprius vo-
luntati, quae est domina sui actus,
praeter modum qui conuenit natu-
rae, quae est determinata ad vnum.
Sed quia voluntas in aliqua natura
fundatur, necesse est, quod modus
proprius naturae, quantum ad ali-
quid, participetur a voluntate: sicut
quod est prioris causae, participat
a posteriori. Est enim prius in vna-
quaque, re ipsam esse, quod est per
naturam quam velle, quod est per
voluntatem: & inde est quod volun-
tas naturaliter aliquid vult.

AD SECUNDUM dicendum, quod in
rebus naturalibus id, quod est natu-
rale, quasi consequens formam
tatum, semper actu inest, sicut ca-
libi traditam circa distinctionem convenientium alicui naturaliter,
id est, per se & secundum substantiam, in consequentia formam
vel actum, & consequentia materiam, vel potentiam, & condi-
tionem eorundem: quod scilicet perficitur in illis infert coaeternitatem
absolute: in istis vero non absolute, sed quod in certa dispositione. Et
causa est differentia
inter potentiam, &
actum, vt in litera dicit.
Ex hac enim doctri-
na habes, vir doctus,
quod non solum aptitudo
ad motum & opera-
tionem inest subiecto
per se, vt grauitas &
risibilitas: sed motus
ipse & operatio, vt
descensus & risus &c.
In responsione ad
tertium, eleuato me-
tem in celsitudinem
doctrinae huius, &
inuenere, quod vnum in-
diuiduum immate-
rialis ordinis equi-
ualet non tantum in-
finitis indiuiduis ma-
terialibus sub vna spe-
cie, sed etiam sub vno
genere, et analogo.
Habes enim hic, quod
cum ordo vniuersi
habeat, quod natura
determinata sit ad
vnum proportionali-
ter, s. generice, spe-
cifice, vel indiuidua-
liter: ac per hoc bo-
no absolute, cum sit
vnum genere analogo,
debuisset respon-
dere natura aliqua
vna generice: & si-
militer voluntati, quia
est una secundum spe-
ciem, debuisset respon-
dere unum secundum
speciem: subiectum
tamen est, quod quia vo-
luntas est immate-
rialis ordinis, deter-
minata est ad vnum
in genere analogo,
bonum scilicet: quasi
natura immaterialis
eminentius praeha-
beat quicquid generis
speciei suae haberet.
Et verè sic est. In cuius
signum hic intel-
lectus noster equi-
ualet toti vniuersitati
corporeae naturae. Est
autem ratio huius
quia quae sunt disper-
sa in inferioribus,
sunt unita in superi-
ori. Eadem enim
ratione tanta est am-
plitudo immateria-

libi traditam circa distinctionem convenientium alicui naturaliter,
id est, per se & secundum substantiam, in consequentia formam
vel actum, & consequentia materiam, vel potentiam, & condi-
tionem eorundem: quod scilicet perficitur in illis infert coaeternitatem
absolute: in istis vero non absolute, sed quod in certa dispositione. Et
causa est differentia
inter potentiam, &
actum, vt in litera dicit.
Ex hac enim doctri-
na habes, vir doctus,
quod non solum aptitudo
ad motum & opera-
tionem inest subiecto
per se, vt grauitas &
risibilitas: sed motus
ipse & operatio, vt
descensus & risus &c.
In responsione ad
tertium, eleuato me-
tem in celsitudinem
doctrinae huius, &
inuenere, quod vnum in-
diuiduum immate-
rialis ordinis equi-
ualet non tantum in-
finitis indiuiduis ma-
terialibus sub vna spe-
cie, sed etiam sub vno
genere, et analogo.
Habes enim hic, quod
cum ordo vniuersi
habeat, quod natura
determinata sit ad
vnum proportionali-
ter, s. generice, spe-
cifice, vel indiuidua-
liter: ac per hoc bo-
no absolute, cum sit
vnum genere analogo,
debuisset respon-
dere natura aliqua
vna generice: & si-
militer voluntati, quia
est una secundum spe-
ciem, debuisset respon-
dere unum secundum
speciem: subiectum
tamen est, quod quia vo-
luntas est immate-
rialis ordinis, deter-
minata est ad vnum
in genere analogo,
bonum scilicet: quasi
natura immaterialis
eminentius praeha-
beat quicquid generis
speciei suae haberet.
Et verè sic est. In cuius
signum hic intel-
lectus noster equi-
ualet toti vniuersitati
corporeae naturae. Est
autem ratio huius
quia quae sunt disper-
sa in inferioribus,
sunt unita in superi-
ori. Eadem enim
ratione tanta est am-
plitudo immateria-

AD TERTIUM dicendum, quod
semper natura respondet vnum
proportionatum naturae. Natura. n.
in genere, respondet aliquid vnum
in genere: & natura in specie ac-
cepta, respondet vnum in specie:
natura autem indiuidua, respon-
det aliquid vnum a indiuiduale.
Cum igitur voluntas sit quaedam
vis immaterialis, sicut & intelle-
ctus, respondet sibi naturaliter ali-
quod vnum commune, scilicet
bonum: sicut etiam intellectui
aliquid bonum commune, scilicet,
verum, vel ens, vel quicquid est
huiusmodi. Sub bono autem cō-
muni multa particularia bona
continentur, ad quorum nullum
voluntas determinatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum voluntas moueatur de necessitate a suo obiecto.

AD SECUNDUM sic procedit.
Videtur, quod voluntas de ne-
cessitate moueatur a suo obiecto.
Obiectum enim voluntatis compa-
ratur ad ipsam, sicut motuum ad
mobile, vt patet in 3. * ad aia: sed mo-
tuum, si sit sufficiens, ex necessitate

lis potentiae, ut vniuersi simpliciter capax sit.
K In eadem responsione, caueto Nouitiae, ne indefinita pro uni-
uersali se tibi offerat: & contrarietas inter responsiones huius calcet,
& corporis articuli insurgat, dum ibi dictum est, quaedam esse par-
ticularia bona sub obiecto voluntatis contenta, ad quae voluntas
naturaliter tendit, ac per hoc determinata est naturaliter, ut esse,
uiuere &c. hic autem dicitur sub bono communi: utrobique enim
indefinita, seu particularis est locutio: & propterea neutra alteri
repugnat. Hic enim expresse dicitur, Sub bono communi multa
comprehenduntur, ad quorum nullum determinatur voluntas.
Multa, dixit, non omnia. Ibi quoque manifestè de quibusdam,
scilicet conuenientibus volenti secundum naturam, loquitur.

Super Quaestione decima Articulum secundum.
In titulo articuli secundi eiusdem quoniam. Necessarium sumitur ue-
re & proprie, quod impossibile est aliter se habere. Et est ser-
mo

Arti.

* Tex
tom. 2.

D. 102.

Infra q. 80.
ar. 1. co. 5. Et
1. q. 82. ar. 1.
& 2. Et verè
q. 22. artic. 4.
& 6. Et mal.
q. 6. cor. 8.
ad 7. Et 16.
* Text. 54
tom. 1.

mo de necessitate naturali, qua scilicet agentia & patiencia in vpi- ueris conueniunt, calefactibile calefactio, & vilus visibilis, &c.

¶ In principio corporis eiusdem 2. artic. dubium occurrit de con- clusione & de eius ratione. De conclusione quidem, qua dicitur, q[uod] voluntas a nullo obiecto de necessitate mouetur ad exercitium actus: q[uod] voluntas a Deo clare viso, ne- cessario mouetur ad exercitium actus. Non enim potest non amare, ac frui illo, vt in 1. parte dictu[m] est de ra- tione, qua dicitur, Potest enim aliquis de quo- cunq; obiecto non cogitare, & per conse- quens actu non velle illud: quia voluntas non habet in potesta- te sua cognitione p[re]sentatiua primi obie- cti, nec reiterationem illius, & similiter vi- sionis Dei clare p[re]sentat. Iam enim dictu[m] est, q[uod] primus actus non est in pote- stare voluntatis. fal- sum est ergo q[uod] potest aliquis de quo- cunq; obiecto non cogitare.

¶ Ad haec dicitur, q[uod] verba litera intel- lecta formaliter, om- nes solunt obiectio- nes: doctrina squi- de primis tradita non aduersatur p[re]senti. Ad quoniam euiden- tiam opus est distin- ctione. I. quod aliud est dicere, Voluntas necessario mouetur ab obiecto ad exerci- tium actus: & dicere, Voluntas sic dispo- sita necessario mouetur ad exercitium ac- tus. Primum enim denotat efficaciam ob- iecti supra voluntatem, q[uod] talis, & sic efficacis est natura, q[uod] potestatem ad exercitium actus neces- sario ducere. Et hoc negatur in p[re]senti con- clusione, du[m] asserit, q[uod] nullu[m] obiectu[m], ut sic, & quantum est ex

sua efficacia, potest naturali necessitate compellere voluntate[m] ad exer- citium actus. Secundum vero denotat naturam voluntatis, de qua dictu[m] est, q[uod] habet quandam motu[m] naturale, & q[uod] non habet semper illum actu[m], sed q[uod] est in certa dispositione: & hoc praedictu[m] est, & veru[m]. Et ex hoc prouenit, q[uod] voluntas Deu[m] clare visum necessario amat: est. n. tunc in dispositione tali, q[uod] ex natura sua actu[m] prouenit amor, & delectatio talis obiecti. Et similiter in 1. actu voluntatis, que[m] habemus naturaliter velle illud, non habet necessitate[m] exerci- tij ab obiecto, sed a natura existente in tali dispositione, q[uod] ad ea[m] naturam necessitate[m] sequitur velle. Vnde quocunq; voluntas neces- sario mouetur ad exercitium, necessitas illa nunquam est ab obiecto, sed a natura. Et p[er] hoc patet responsio ad vtrumq; obiectoru[m]. Et ad primu[m] quidem explicite. Ad secundu[m] vero, quod ad materia[m] & ad forma[m], dicitur, q[uod] verisimu[m] est, q[uod] voluntas potest de quo- cunq; obiecto non cogitare, quantum est ex parte obiecti: sic. n. auctor loquitur, sed sophista figura dictionis est inferre: ergo vo- luntas in tali dispositione existens, potest non cogitare: mutatur. n. quid in quale. Oportet ergo diligenter in hoc art. aduertere, quod formalis est sermo de efficacia obiecti, vt sic: obiectio[n]es autem aliunde, quam ex obiecto, robur habent: & ideo nihil obstant. Et si horum vltimam resolutionem cupis, recolito supradictorum, scilicet quod voluntas quod ad exercitium, tres tantum habet mo- tores, scilicet, seip[s]am, suam naturam, & Deum ut agentem, non ut obiectum. Ex hoc enim patet, q[uod] modus exercitij non aliunde est.

A unde siue libere, siue necessario voluntas exerceat suum actu[m], nunquam ex parte obiecti causa[m] requirenda est, sed agentis, ut dictu[m] est, triplicis. & in hoc quiescat intellectus tuus.

¶ In eiusdem corporis artic. conclusione 2. l. q[uod] obiectum undiq[ue] bonum, necessario mouet, nec deficit ab hoc, nisi propter defectu[m] alicuius boni: dubiu[m] occurrit ex Scoto in 4. dist. 49. q. 1. dicens, q[uod] ista ratio non concludit necessariam motionem simpliciter: sed q[uod] si voluntas debet habere actu[m] circa tale obiectum, oportet q[uod] habeat actu[m] uolitionis: cum quo t[ame]n fiat, quod ip- sa potest suspendere actu[m] suu[m]. Sed quia ex his, & processu suo manifeste patet, quod non impugna- tur sensus formalis litera, sed quem ipse accipit: ideo subip[s]i curam sui relinquo. Diuis enim Tho. lo- quitur de motione ex parte obiecti, que est ad specificatione[m] ac- tus: & vult q[uod] neces- sario mouet obiectu[m] undiq[ue] bonum, quod est uerisimu[m] sim- pliciter & formaliter: ita enim neces- sario specificat, quid est obiectiue moue- re, quod impossibile est aliter se habere: q[uod] non potest non spe- cificari actu[m] uolita- tis ab eo, ut patet, q[uod] uis possit actu[m] uo- litionis non fieri. Vnde cu[m] in litera dicitur, q[uod] voluntas non potest non uelle beatitudi- ne[m]; non uelle non sumitur negatiue, sed co[n]trarie, i. pro nolle: ut manifestant sub- iuncta uerba in alio membro, scilicet re- pudari, uel approba- ri. Sed quod fallit ali- quos, haec est distin- ctio inter motionem ad specificatione[m] & exercitium actus.

¶ Circa doctrinam traditam in hoc art. & p[re]cedentibus, aduerte, quod s[ecundu]m quod voluntas respicit duos motores, alterum ad exer- citiu[m], alterum ad specifi- cationem: dupliciter inuenitur in ea natu- ralitas. I. s[ecundu]m determinationem ad exercitium, & s[ecundu]m determinatio- nem ad speciem. Est. n. uoluntas naturaliter determinata ad elicien- dum actu[m] aliquem, puta primum, & cetera. Et est rursus naturaliter determinata ad obiectum aliquod, puta bonum, &c. Et haec deter- minationes ita se habent, quod prima inferit secundam, & non e conuerso. Si. n. uoluntas determinata naturaliter est ad eliciendu[m] actu[m], hoc non est nisi respectu obiecti, ad quod naturaliter deter- minata est: sed si determinata est naturaliter ad obiectum, non propterea determinata est ad exercitium actus respectu illius, ut patet in litera. unde determinatio quod ad exercitium, uehementior ac naturalior est: includit enim alteram, & addit.

¶ Circa calem eiusdem corporis arti. aduerte, quod quia, ut praediximus, uoluntas ad triu[m] uolitoru[m] genus, puta esse, uiuere, &c. determinata est naturaliter, quod ad specificatione[m], ut in pluribus, & a causa, ut in pluribus: non necessario prouenit effectus. potest enim impediri. Ideo in litera dicitur, quod qualibet particula- ria bona, etiam esse, uiuere, intelligere, non necessario mouent uoluntatem ad specificationem actus. possunt enim repudiari: sic tamen quod praedicta, ut in pluribus, non repudiatur. Sed si uoluntas in ea fertur, uolitionis actu[m] in illa tendit, & raro uolitionis: ut contingit in desperantibus, & similibus.

Prima Secundae S. Thomae. D 4 ¶ In

Art. 1. ad 3.

Text. 43. tom. 2.

2 q. 25. co. fi. Et 25. arti. Et ueni. artic. 1. Et ma. cor. 3. & 10. ext. 54.

In responsione ad ultimum eiusdem art. notato. q. esse, vivere, & huiusmodi, dupliciter sumi possunt. Primo, ut sunt quaedam particularia bona secundum seipsa: & sic possunt, licet raro, repudiari, eo q. defectum habent annexum alicuius boni quod appetitur, ut patet in occidentibus se. Appetunt enim quoddam bonum, puta libertatem, cuius oppositum coniungitur suae vitae, &c. Alio modo, ut sunt necessarii connexta beatitudini: & sic quantum est ex parte sui, non possunt repudiari. Sed si voluntas habeat actum in ea, ut sic, oportet q. habeat circa ea actum volitionis, sicut circa beatitudinem propter rationem in litera assignatam. Dixi autem, quantum est ex parte sui: quia licet haec sic connexta, habeant sic tantam efficaciam, ut necessitent ad specificationem: si tamen connextio illa incongnita, vel inconsiderata, vel non sufficienter visa sit, ab huiusmodi efficaciam impeditur. quod tamen non oportuit hic auctorem exprimere, tum quia de obiecti efficaciam ex parte sui est sermo: quia semper subintelligit debita approximatio. Ex cuius defectu provenit hoc.

* In cor. ar.

* In cor. ar.

taliter habet rationem motui: si autem in aliquo deficiat, non ex necessitate movebit, ut dictum est. * AD SECUNDUM dicendum, q. intellectus ex necessitate movetur a tali obiecto, quod est semper, & ex necessitate verum: non autem ab eo quod potest esse verum & falsum, scilicet a contingenti, sicut & de bono dictum est. * AD TERTIUM dicendum, q. finis ultimus ex necessitate movet voluntatem, quia est bonum perfectum: & similiter illa, quae ordinantur ad hunc finem, sine quibus finis haberi non potest, sicut esse, & vivere, & huiusmodi. Alia vero, sine quibus finis haberi potest, non ex necessitate vult, qui vult finem: sicut conclusiones, sine quibus principia possunt esse vera, non ex necessitate credit, qui principia credit.

ARTICULVS III.

Utrum voluntas moueatur de necessitate ab inferiori appetitu.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod voluntas ex necessitate moueatur a passione appetitus inferioris. Dicit enim Apostolus Roman. 7. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio, quod dicitur propter concupiscentiam, quae est passio quaedam. ergo voluntas ex necessitate mouetur a passione.

Super Quaestiois decimo Articulum tertium.

Circa 3. arti. doctrinam aduerte, q. inde habes, quam liberum sit in delectabilibus, quam in contrariis secundum tactum, velle & nolle. Passiones enim huiusmodi aut totaliter absorbent rationem, & sic nihil voluntatis restat: aut aliquid eius relinquunt, & sic libertatis tantum dimittunt. Et quamuis tunc propter dispositionem subiecti voluntas maxime inclinatur ad actum consonum appetitui sensitivo: quia tamen libera restat, miraculo non est opus ad non eliciendum huiusmodi actum, ut Greg. de Arimino in 1. sent. dist. 1. q. 2. artic. 2. putauit.

* Cap. 4. tom. 5.

¶ 2. Praet. Sicut dicitur in 3. * Ethic. Qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei: sed non est in potestate voluntatis, quod statim passionem abiciat. ergo non est in potestate voluntatis, quod non velit illud, ad quod passio se inclinat.

¶ 3. Praet. Causa vniuersalis non applicatur ad effectum particularem, nisi mediante causa particulari: unde ratio vniuersalis non mouet, nisi mediante aestimatione particulari: ut dicitur in 3. de Anima: * sed sicut se habet ratio vniuersalis ad aestimationem particularem, ita se habet voluntas ad appetitum sensitivum. ergo ad aliquid particulare volendum non mouetur voluntas, nisi mediante appetitu sensitivo. ergo si appetitus sensitivus sit per aliquam passionem ad aliquid dispositus, voluntas non poterit in contrarium moueri.

* Text. 58. tom. 2.

¶ Sed contra est, quod dicitur Genes. 4. Subter te erit appetitus

ter intelligi possunt. Primo, ut bonum apprehensum per sensum, & bonum apprehensum per rationem. sint duo motiua voluntatis sic, quod quandoque voluntas ab vno, quandoque ab altero mouetur: & hic sensus repugnat supradictis. & est falsus. Repugnat quidem, quia iam dictum, probatumq. est, q. nullum corporeum potest mouere directe voluntatem. Falsus vero est, quia si sensus solus possit mouere voluntatem, tunc homo posset velle abiq. rationis vsu, & consequenter posset peccare, & benefacere, quod non est intelligibile: implicat enim, esse actum liberi arbitrii abiq. rationis vsu. Secundo igitur intelligi possunt, ut bonum apprehensum per sensum, permittatur concurrere cum apprehenso per rationem in idem motuum, ita quod motiuum voluntatis non solum est bonum vniuersale apprehensum per rationem in sua puritate: sed etiam coniuncto cum bono apprehenso per sensum. Et hic est sensus verus & intentus. Verus quidem, quia sicut intellectus mouetur a phantasmate non secundum se, sed secundum quod stat sub lumine intellectus agentis, qui est verus eius motor: ita bonum particulare apprehensum, non secundum se, sed secundum quod substat vniuersali apprehenso per rationem, quod est verum voluntatis motiuum, mouet voluntatem. Intentus autem, quia ex hoc interimium similitudo in argumento obiecta, inter voluntatem, appetitumque sensitivum, & rationem vniuersalem ad particularem. Nam voluntas ab utroque simul ratione mouetur, ac per hoc non indiget appetitu particulari. Ratio vero vniuersalis, in quantum huiusmodi (sic enim distinguitur contra rationem particularem) nunquam particulare attingit: & propterea particulari eget ratione, ut ad particulare descendat.

tuus, & tu dominaberis illius. non ergo voluntas hominis ex necessitate mouetur appetitu inferiori.

RESPON. Dicendum, q. sicut supra dictum est, * passio appetitus sensitivi mouet voluntatem ex ea parte, qua voluntas mouetur ab obiecto, in quantum homo aliquo modo dispositus per passionem, iudicat aliquid esse conueniens & bonum, quod extra passionem existens non iudicaret. Huiusmodi autem immutatio hominis per passionem, duobus modis contingit. Vno modo sic, q. totaliter ratio ligatur, ita quod homo vsu rationis non habet: sicut contingit in his, qui propter vehementem iram, vel concupiscentiam, furiosi, vel amentes sunt, sicut & propter aliquam aliam perturbationem corporalem. Huiusmodi enim passionem non sine corporali transmutatione accidit: & de talibus eadem est ratio, sicut & de animalibus brutis, quae ex necessitate sequuntur impetum passionis: in his enim non est aliquis rationis motor, & per consequens nec voluntas. Aliqui autem ratio non totaliter absorbetur a passione, sed remanet quantum ad aliquid iudicium rationis liberum, & secundum hoc remanet aliquid de motu voluntatis. In quantum ergo ratio manet libera, & passio non subiecta, in quantum voluntas motus, qui manet, non ex necessitate tendit ad hoc, ad quod passio inclinatur: & sic aut motus voluntatis non est in homine, sed sola passio dominatur: aut si motus voluntatis sit, non ex necessitate sequitur passionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, q. etsi voluntas non possit facere quia motus concupiscentiae insurgat, de quo Apostolus dicit Roma. 7. Quod odi malum, illud facio, id est, concupisco: tamen potest voluntas non velle concupiscere, aut concupiscentiae non consentire. & sic non ex necessitate sequitur concupiscentiae motum.

AD SECUNDUM dicendum, q. cum in homine duae sint naturae, intellectuales. scilicet & sensitivae, quae quidem est homo aliquo modo vniuersaliter formatus totam animam, quia. scilicet vel pars sensitiva totaliter subijcitur rationi, sicut contingit in virtuosis: vel e converso, ratio totaliter absorbetur a passione, sicut accidit in amentibus. Sed aliquando etsi ratio obnubiletur a passione, remanet tamen aliquid rationis liberum: & secundum

AD PRIMUM ergo dicendum, q. etsi voluntas non possit facere quia motus concupiscentiae insurgat, de quo Apostolus dicit Roma. 7. Quod odi malum, illud facio, id est, concupisco: tamen potest voluntas non velle concupiscere, aut concupiscentiae non consentire. & sic non ex necessitate sequitur concupiscentiae motum.

AD SECUNDUM dicendum, q. cum in homine duae sint naturae, intellectuales. scilicet & sensitivae, quae quidem est homo aliquo modo vniuersaliter formatus totam animam, quia. scilicet vel pars sensitiva totaliter subijcitur rationi, sicut contingit in virtuosis: vel e converso, ratio totaliter absorbetur a passione, sicut accidit in amentibus. Sed aliquando etsi ratio obnubiletur a passione, remanet tamen aliquid rationis liberum: & secundum

AD SECUNDUM dicendum, q. cum in homine duae sint naturae, intellectuales. scilicet & sensitivae, quae quidem est homo aliquo modo vniuersaliter formatus totam animam, quia. scilicet vel pars sensitiva totaliter subijcitur rationi, sicut contingit in virtuosis: vel e converso, ratio totaliter absorbetur a passione, sicut accidit in amentibus. Sed aliquando etsi ratio obnubiletur a passione, remanet tamen aliquid rationis liberum: & secundum

* q. praed. artic. 2.

Art. quatuor. can. mod.

Non p. a. h.

D. 92.

cundum hoc potest aliquis vel totaliter passionem repellere vel saltem se tenere, ne passionem sequatur. In tali enim dispositione, quia homo secundum diversas partes animae diversimode disponitur, aliud ei videtur secundum rationem, & aliud secundum passionem.

AD TERTIUM dicendum, quod voluntas non solum movetur a bono universaliter apprehenso per rationem, sed etiam a bono apprehenso per sensum, & ideo potest moveri ad aliquid particulare bonum absque passione appetitus sensitivi. Multa enim volumus, & operamur absque passione per solum appetitus electionem, ut patet in his, in quibus ratio renititur passioni.

ARTICULVS IIII.

Utrum voluntas moueatur de necessitate ab exteriori motivo, quod est Deus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod voluntas ex necessitate moueatur a Deo. Omne enim agens, cui resisti non potest, ex necessitate movetur: sed Deus, cum sit infinita virtutis, resisti non potest. Unde dicitur Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? ergo Deus ex necessitate movet voluntatem.

¶ 2. Præ. Voluntas ex necessitate movetur in illa, quae naturaliter vult, ut dictum est: sed hoc est vnicuique rei naturale, quod Deus in eo operatur, ut Aug. dicit 26. contra Faustum. ergo voluntas ex necessitate vult omne illud, ad quod a Deo movetur.

¶ 3. Præ. Possibile est, quo polito non sequitur impossibile. Sequitur autem impossibile, si ponatur, quod voluntas non velit hoc, ad quod Deus eam movet, quia hoc operatio Dei esset inefficax: non ergo est possibile voluntatem non velle hoc, ad quod Deus eam movet, ergo necesse est eam hoc velle.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesi. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, non ergo ex necessitate movet voluntatem eius.

RESPON. Dicendum, quod sicut Dion. dicit. 4. cap. de di. no. * Ad providentiam divinam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed servare. Unde omnia movet secundum eorum conditionem, ita quod ex causis necessariis per motionem divinam consequuntur effectus ex necessitate: ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingenter. Quia igitur voluntas est actuum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa: sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quae naturaliter movetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod voluntas divina non solum se extendit, ut aliquid fiat per rem, quam movet: sed ut etiam eo modo fiat, quo congruit naturae ipsius. Et ideo magis repugnaret divinae motioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suae naturae non competit, quam si moveretur libere, prout competit suae naturae.

AD SECVNDVM dicendum, quod naturale est unicuique, quod Deus operatur in ipso, ut sit ei naturale. Sic enim unicuique convenit aliquid, secundum quod Deus vult, quod ei conveniat: non autem vult, quod quicquid operatur in rebus, sit eis naturale, puta, quod mortui resurgant: sed hoc vult unicuique esse naturale, quod potestati divinae subdatur.

AD III. dicendum, quod si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur: non tamen est impossibile simpliciter: nisi non sequitur, quod voluntas a Deo ex necessitate moveatur.

De fruiione, qua est actus voluntatis, in quatuor articulos divisa.

DEINDE considerandum est de fruiione.

¶ Et circa hoc quaruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum frui, sit actus appetitivae potentiae.

¶ Secundo, Utrum soli rationali creaturae conveniat, an etiam animalibus brutis.

¶ Tertio, Utrum fruiio sit tantum ultimi finis.

¶ Quarto, Utrum sit solum finis habitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum frui, sit actus appetitivae potentiae.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod frui non sit solum appetitivae potentiae. Fru enim, nihil aliud esse videtur, quam fructum capere: sed fructum humanae vitae, quae est beatitudo, accipit intellectus, in cuius actu beatitudo consistit, ut supra ostensum est: ergo frui non est appetitivae potentiae, sed intellectus.

¶ 2. Præ. Quaelibet potentia habet proprium finem, qui est eius perfectio, sicut vivus finis est cognoscere visibile, auditus percipere sonos, & sic de aliis: sed finis rei est fructus eius: ergo frui est potentiae cuiuslibet, & non solum appetitivae.

¶ 3. Præ. Fruiio delectationem quamdam importat: sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum, qui delectatur in suo obiecto, & eadem ratione delectatio intellectualis ad intellectum. ergo fruiio pertinet ad apprehensivam potentiam, & non ad appetitivam.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit. 1. de doctrina Christiana, * & in 10. de Trini. Frui, est amore inherere alicui rei propter seipsam: sed amor pertinet ad appetitivam potentiam, ergo, & frui est actus appetitivae potentiae.

RESPON. Dicendum, quod fruiio & fructus ad idem pertinere videtur, & unum ex altero derivari.

Quid autem a quo, nihil ad propositum refert, nisi quod hoc probabile videtur, quod id, quod magis est manifestum, prius etiam fuerit nominatum. Sunt autem nobis primo manifesta, quae sunt sensibilia magis: unde a sensibilibus fructibus nomen fruiionis derivatum videtur. Fructus autem sensibilis est id, quod ultimum ex arbore expectatur, & cum quadam suavitate percipitur. Unde fruiio pertinere videtur ad amorē.

Super Questioni undecima Articuli primam.

IN primo articulo questionis 1. quaeritur, quod auctor in corpore articuli, ex ratione fructus intulit solum, quod fruiio ad appetitivam partem pertinet: nec determinat an amorem, an delectationem significet: quonia scilicet erat sua quaestioni, quod ad appetitum spectaret: Acquiocari tamen scito vocabulum hoc apud Thomistas, & Scotistas. Nos enim fruiionis nomine, significamus delectationem, formaliter loquendo: amorem autem connotative, & casualiter: illi vero significant formaliter amorem amicitiae. Unde oportet, cum disputant, se invicem praedecclare, ne de se invicem rideant, quolibet putante alteri extra propositum loqui. Suasio autem Scoti in primo sententiarii. 1. quaest. 3. ex constructione, quae fruor constituitur cum ablativo significante obiectum ex vi transpositionis, ergo significat actum, puta amorem, & non passionem puta delectationem. Dicitur enim fruor deo, sicut amor dei, & non sicut delector de deo. Hinc, in qua, suasio nihil habet suasionis, quoniam constructio hic transitiva, non est nisi possessiva, grammaticae loquendo, constituitur enim cum ablativo, vel genitivo, ex eo quod est deponens possessivum, unde ex hoc non habetur, quod significet actum, sed stat, quod significet passionem per modum possessionis: & vere sic est. Frui enim importando delectationem, denotat rem qua fruimur, a nobis possideri. Longe autem peripicuum magis erat a Grammaticis, & Oratoribus persuaderi, quod nos dicimus: nominibus enim utendum est, ut plures. Constat autem frequentissimo Gram-

Inf. artic. 2. cor. Et. di. 19. art. 1.

9.3. art. 8.

e. 4. in prin. c. 19. q. 10. 10.

Art. 1. huius quest. cap. 3. ante articulo 6.

non p oculi a fi.